T

KB230
.A3
T45
1726
v.7
c.1

1080045634

340

JO. BAPTISTÆ

DE LUCA

VENUSINI,

S.R.E. Presbyteri Cardinalis;

THEATRUM

VERITATIS & JUSTITIÆ,

SIVE DECISIVI DISCURSUS PER MATERIAS, SEU TITULOS diſtincti, & ad veritatem editi in forenſibus controverſiis Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus pro una partium ſcripſit, vel conſultus reſpondit.

LIBER SEPTIMUS,

Cujus I. Pars de Donationibus; II. de Emptione, & Venditione; III. de Alienationibus, & contractibus prohibitis; IV. de Tutoribus, Curatoribus, Adminiſtratoribus, &c.

CUM NONNULLIS RECENTISSIMIS SACRÆ ROTÆ Romanæ Deciſionibus ad materiam ſpectantibus; nec non Annotationibus, ac Diſcurſibus, qui anteà in Supplementis extabant, ſuis locis optimè adjectis.

VENETIIS, MDCCXXVI.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

BANU Raúl Rangel Frías
UANL
FONDO
A.B. PÚBLICA DEL ESTADO

49472

KB230 A3 T45 1726 v.7

INDEX ARGUMENTORUM, IN DISCURSIBUS,

Qui habentur in hac Prima Parte Septimi Libri, de Donationibus.

DISC. I.
Romana donationis de Jordanis.

AN & quando in donatione contemplatione matrimonii, filii veniant uti filii, in excluſionem creditorum ſpoſi donatarii; Et de duplici jure, vel intereſſe, primario, & ſecundario uxoris, & filiorum in hujuſmodi donatione.

DISC. II.
Urbinaten. pecuniaria.

De eadem materia donationis contemplatione matrimonii, an acquiratur filiis uti filiis; Et quatenus non, an remitti, vel minui poſſit à ſponſo donatario in præjudicium uxoris, & filiorum; Et quid ubi fiat per viam tranſactionis, quando hæc teneat; Et incidenter de conceſſione veniæ ætatis, an per inferiorem Principe fieri valeat.

DISC. III.
Spoletana diviſionis.

De eadem materia donationis contemplatione certi matrimonii, an remitti, vel minui valeat pro jure, vel intereſſe uxoris vel filiorum, quamvis ſecundario tantùm, ratione doli, vel fraudis.

DISC. IV.
Foroſempronien. donationis.

De eadem materia donationis contemplatione matrimonii, cujus retroceſſio explicitè, vel implicitè facta ſit, an poſito quod uxore, & filiis illam impugnantibus, talis retroceſſio invalida ſit, competat donatori, vel ejus hæredibus actio, vel aliud jus contra ipſum donatarium retrocedentem; Et incidenter, facta donatione de tot bonis in genere, cujus ſit electio; Et an eligi poſſint meliora, vel deteriora reſpectivè.

DISC. V.
Romana ſeu Maceraten. alimentorum.

An in bonis donatis ſponſo contemplatione certi matrimonii, ſine vocatione, vel jure primario filiorum, iſti, ac uxor, pro eorum alimentis, potioritatem habeant adverſus ipſius donatarii creditores.

DISC. VI.
Romana Salviani.

An in bonis occaſione matrimonii donatis per virum, vel viri patrem filiis ex eo matrimonio procreandis, cum donatione in ipſomet inſtrumento dotali facta, mulier pro reſtitutione dotis, actionem, ac potioritatem habeat in concurſu filiorum, quibus donatio facta eſt.

DISC. VII.
Romana donationis de Volpinis.

An illa retrodonatio, quam ſponſus prohibitur eſt facere donanti de bonis donatis contemplatione matrimonii, ob ſecundarium intereſſe uxoris, ac filiorum, procedat etiam in ea donatione, quæ occaſione matrimonii fiat mulieri de bonis, in dotem tamen non datis, adeòut vigeat intereſſe ſecundarium viri.

DISC. VIII.
Parmen. donationis.

An donatio facta contemplatione certi, ac determinati matrimonii, ſub conventione, ut effectum ſortitura ſit poſt mortem donatoris, caducetur, vel reſolvatur, ſoluto matrimonio per mortem ſponſi donatarii, ipſo donatore ſuperſtite; Et quando hujuſmodi promiſſiones poſt mortem, percutiant ſubſtantiam tanquam per ſpeciem futuræ ſucceſſionis, vel potius ſolum effectum, ſeu executionem, ubi præſertim conceptæ ſint per viam promiſſionis de relinquendo.

DISC. IX.
Romana donationis de Andoſillis.

De eadem materia, an donatio contemplatione matrimonii reſolvantur per mortem donatarii vivente donatore, ubi concepta ſit per viam promiſſionis de relinquendo poſt mortem; Et generaliter, an donatio correſpectiva ad aliquod implementum donatarii, reſolvatur ex cauſa non implementi, vel ceſſantis correſpectivitatis, tam reſpectu primi donatarii contravenientis, quàm aliorum ſucceſſivè vocatorum.

DISC. X.
Recanaten.

In donatione contemplatione certi, & determinati matrimonii, an ſuccedant ſolùm filii ex illo matrimonio ſuſcepti, vel etiam alii ex aliis matrimoniis; Et quid ubi agatur de donatione facta ſponſæ, non autem ſponſo.

DISC. XI.
Urbevetana donationis.

De donatione facta contemplatione matrimonii ſpiritualis, promovendo ſcilicet ad ſacros ordines ad titulum patrimonii, an reſolvatur, ſi promoto obveniant beneficia Eccleſiaſtica, vel alia bona, cum quibus congruè proviſus remaneat, unde ceſſet cauſa donandi; Et quid ubi id expreſsè in conventionem deductum eſt, an donatarius poſſit acceptare beneficium, ſive aliam obventionem; Et quatenùs acceptet, quænam onera deducenda ſint, & de quo redditu haberi debeat ratio, ut proviſus dicatur.

DISC. XII.
Romana donationis.

An, & quando donatio facta pro erectione, ſeu fundatione Monaſterii, reſolvatur ſi fundatio non ſequatur, vel ſequuta ulteriorem effectum, ſeu progreſſum non habeat, itaut bona redeant ad donatorem, necnè.

DISC. XIII.
Romana cenſus.

De eadem materia reſolutionis donationis factæ pro erectione, ſeu fundatione Monaſterii, quæ effectum ſortita non ſit; Et an creditores mutuantes Religioni donatariæ pro fabrica Monaſterii conſtruendi, jus, vel actionem habeant contra donatorem, & ad bona donata.

DISC. XIV.
Sipontina donationis.

De eodem, an ſcilicet, & quando donatio facta pro erectione futuri Monaſterii, dicatur inter vivos & irrevocabilis, vel potiùs cauſa mortis, & revocabilis; Et an reſolvatur ob conditiones in tempore non impletas.

De donatione facta abſenti, an ſit revocabilis ante acceptationem; Et de donationis executione, ac de manutentione, quæ ex conſtituto competat donatario.

DISC. XV.
Neapolitana donationis.

De reſolutione donationis, quæ fiat contemplatione ingreſſus in Religionem, quatenus non ſequuta profeſſione ſequatur egreſſus; Et quid ubi pactum accedat, ut egreſſu non obſtante, donatio firma ſit; an hujuſmodi donatio facta ante ſuſceptionem habitus monaſtici, ſolemnitates exigat, & quas; Et an donatio facta Eccleſiæ, vel piæ cauſæ reſolvatur per non implementum; Et remiſſivè an hujuſmodi donationes reſolvantur, ſi ſequuta profeſſione, Religioſus exeat à Religione occaſione Epiſcopatus, ſive occaſione tranſitus ad aliam Religionem, ſeu alio Monaſterium.

DISC. XVI.
Romana librariæ.

Voluntas donandi, an & quando importet donationem perfectam, & irrevocabilem.

Donatio facta intuitu ſepulturæ, an ſit revocabilis, & cauſa mortis, ſeu ceſſante ſepultura reſolvatur; Et de donationis probatione.

DISC. XVII.
Piſtorien. donationis.

An donatio, ſeu promiſſio facta ſub certo eventu poſt mortem promittentis, vel donantis, reſolvatur per donatarii, ſeù promiſſarii præmorientiam, vel potiùs tranſmittatur ad ejus ſucceſſores; Et quid ubi talis donatio, vel promiſſio facta ſit profeſſio, vel profeſſuro in Religionem, ſeù Monaſterio.

DISC. XVIII.
Bonon. de Boviis.

De reſolutione donationis ob non implementum eorum, quæ à donatore demandata ſunt, an & quando intret, præſertim in præjuditium tertii, cujus favore implementum faciendum erat.

DISC. XIX.
Romana locorum montium.

De eadem materia reſolutionis donationis ob non implementum; Et an detur purgatio moræ, vel reſtitutio in integrum, ubi de reſolutione expreſsè conventum eſt, in Eccleſia, vel minore, ſeu muliere, aliiſque privilegiatis.

DISC. XX.
Romana bonorum.

Ad materiam textus *in l. ſi unquam C. de revocat. donat.* quando illius renunciatio, ſeù cogitatio filiorum ceſſare faciat ejus diſpoſitionem; Et an intret in donatione habente annexum aliquod onus; Et quatenus intret, an requiratur declaratio donatarii in vita, vel reſolutio allegari poſſit per hæredes.

DISC. XXI.
Tolentina donationis.

De eadem reſolutione donationis ob ſupervenientiam filiorum ex *text. in l. ſi unquam*, *C. de revocat. donat.* Et de donationis nullitate ob non ſervatas ſolemnitates ſtatutarias, quamvis extra locum Statuti.

DISC. XXII.
Catanien. donationis.

De eadem materia reſolutionis donationis per ſupervenientiam filiorum; Et in ſpecie ubi de tempore, quo donatio facta eſt, donatrix haberet ventrem prægnantem, ſed ignoraret.

Metus donatori incuſſus à tertio non irritet donationem, factam præſertim Eccleſiæ, vel cauſæ piæ.

In quo foro tractanda ſit cauſa reſciſſionis donationis, ſi donator eſt laicus, & donatarius eſt Eccleſiaſticus.

DISC. XXIII.
Catanien. donation.

De reſolutione donationis factæ Eccleſiæ, ſeu cauſæ piæ ob non implementum; Et an privilegium, quod deſuper à jure piæ cauſæ tribuitur, ceſſet, ſeù conquaſſetur per favorem alterius cauſæ piæ, cum qua donator diſponat.

An favore piæ cauſæ ſubſtineatur donatio univerſalis omnium bonorum, per quam teſtandi facultas adempta maneat; Et an donatio facta eidem piæ abſenti, ſit ante acceptationem revocabilis.

Et de poteſtate Prælati non acquirendi in toto, vel in parte bona Eccleſiæ, vel pio loco donata.

DISC. XXIV.
Romana donationis cum onere Miſſarum.

An donatio facta Eccleſiæ, vel pio loco cum onere perpetuo miſſarum, ante acceptationem ſit revocabilis, vel ob tabile tempus, in quo acceptatio ſequuta non ſit, cenſeatur reſoluta; Et an hæc ſit vera donatio.

DISC. XXV.
Januen. donationis.

An donatio alicui facta ad certum uſum, ſeù effectum, qui in donatario ſequi non poſſit, reſolvatur, necnè; & in ſpecie, ubi donatio facta eſt Religioſo profeſſo ſub conditione, ut Monaſterio, vel Religioſo profeſſo ſub conditione, ut Monaſterio, vel Religioni nullatenus acquiri valeat, an iſta conditio vitiet donationem, vel potiùs vitiata remaneat; Et incidenter, an alienari, remitti poſſit annua præſtatio vitalitia, Religioſo profeſſo donata, vel aſſignata.

DISC. XXVI.
Fulginaten. cenſus.

De ſolemnitatibus per Statuta particularia deſideratis in donationibus, in qua donationum ſpecie requirantur, & in qua non, preſertim in donatione contemplatione matrimonii; Et in ſpecie de Statuto Fulginat. quando locum habeat, & an juramentum illud ceſſare faciat.

DISC. XXVII.
Romana prætenſæ donationis.

An in donationibus, quæ in Urbe fiunt per mulieres, ultra ſolemnitates, quæ in hoc ſpeciali contractu donationis requiſitæ ſunt per Statuta 149. & 150. adimpleri etiam debeant requiſita per Statutum 151.

DISC. XXVIII.
Romana donationis.

De eadem materia Statuti 151. quoad requiſitum cauſæ, an locum habeat in donationibus, quæ fiant per mulieres; Et quomodo habenda veniat ratio læſionis; Et de alia ſolemnitate inſinuationis requiſita à Statuto 150. an impleri poſſit poſt revocationem à donatore; Et quomodo de iſta revocatione conſtare debeat.

DISC. XXIX.
Civitatis Caſtelli dotis.

De inſinuatione in donationibus requiſita de jure communi, vel ex Conſtitutione Ægidiana, ſeu Carpenſi. Et quando illius defectus obſtet necnè, ſeù cui incumbat onus probandi affirmativam, vel negativam; Et aliqua de donatione inter virum, & uxorem.

DISC. XXX.
Romana donationis de Cerattis.

De Statuto Urbis annullante donationes inter conjuges, quando locum habeat necnè; Et quando in tempus mortis collata dicatur ſubſtantia, vel executio donationis pro ea ſubſtinenda, utpotè collata in tempus habile.

DISC. XXXI.

De eodem Statuto Urbis prohibente donationes inter conjuges, vel ſponſos, an locum habeat in ea donatione, quam vir uxori faciat ſub nomine augmenti dotis.

DISC. XXXII.
Romana vitalitiæ præſtationis.

An Statuta Urbis certam formam, vel ſolemnitatem præſcribentia in donationibus, locum habeant in donationibus, quæ fiant clericis, & perſonis Eccleſiaſticis; Et in ſepcie in donatione, vel promiſſione, quæ fiat Moniali, annuę vitalitiæ præſtationis Monialibus aſſignari ſolitæ.

DISC. XXXIII.
Neapolitana donationis.

De eadem materia Statutorum 149. & 150. Urbis ſuper ſolemnitatibus adhibendis in donatione etiam per majores, & quid ubi agatur de minore, an requirantur aliæ ſolemnitates Statutorum 113. & 151. Et quid ubi minor extra territorium ſtatuentis donationem contra formam Statuti factam ratificavit, cum clauſula, *quatenus opus ſit de novo faciendo.*

DISC. XXXIV.
Romana legitimæ.

De eadem materia ſolemnitatum adhibendarum in donatione facta per mulierem per Statuta 149. 150. & 151. an requirantur in donatione cauſa mortis; Vel in ea tacita, & virtuali donatione, quæ reſultet à reſervatione alicujus juris vitalitii, ſeu aliàs ad favorem poſt mortem ipſius donatoris; Et de dicta donatione implicita reſultante à reſſervatione, quæ fiat in officiis, vel locis montium, ſeu cenſibus vitalitiis ad favorem alicujus; Et de jurium vitalitiorum æſtimatione, ad effectum calculandi bona donata pro legitima filiorum.

DISC. XXXV.
Eugubinæ donationis.

De decretis Ducalibus Status Urbini ſuper ſolemnitatibus adhibendis in donationibus, an vigeant hodie poſt dicti Status devolutionem; Et præſertim an locum habeant in Civitate Eugubina; Et quatenus vigeant, quid ubi accedat juramentum, vel fiant extra territorium; Et an donatio facta per uxorem filiis viri, cadat ſub prohibitione donationis inter conjuges.

DISC. XXXVI.
Romana ſcutorum 30. mil.

Facta donatione uni aliquorum bonorum, ſub reſervatione uſusfructus, & redditus ad favorem alterius, cui data ſit difficultas diſponendi etiam in morte de eorumdem bonorum proprietate in parte, an dictæ facultatis conceſſio importet perfectam, ac irrevocabilem donationem, vel potius revocari, ſeu minui, aut primo donatario remitti valeat.

DISC. XXXVII.
Bononien. donationis.

An donatio, ſeu promiſſio collata poſt mortem donatoris, importet ab initio perfectam, & irrevocabilem donationem inter vivos, dilata executione, vel potiùs donationem cauſa mortis: Præſertim ubi promiſſio ſit inter conjuges occaſione matrimonii in augmentum dotis.

DISC. XXXVIII.
Romana donationis de Vidman.

An donatio inita ſub commemoratione mortis, præſertim per militem, ſeu acceſſurum ad bellum, dicatur inter vivos, vel cauſa mortis, & quomodo una ab altera diſtinguatur.

DISC. XXXIX.
Spoletana donationis.

De donatione cauſa mortis facta per filium familias de conſenſu patris ad favorem ejuſdem, an ſubſtineatur, itaut pater ſibi ipſi auctorari potuerit.

DISC. XL.
Foroſempronien. fideicommiſſi.

e donatione inter patrem, & filium, an inducta cenſeatur ex eo, quod pater, aliquid acquirendo, ſtipuletur pro filiis: Et quatenus illa inducta cenſeatur, an ſit revocabilis, bonaque ita quæſita cadant ſub ejus fideicommiſſo, vel alia diſpoſitione.

DISC. XLI.
Romana redotationis, & augmenti.

De eadem materia donationis inter patrem, & filium, quando facta cenſeatur, vel potiùs importet ſimplicem deſtinationem, ſeu velleitatem: Et quatenus adſit, an ſit revocabilis, necnè: Et in ſpecie quando dicatur facta filiæ pro augmento dotis; Et incidenter de onere patris, vel ejus hæredis, denuò dotandi, vel alendi filiam nuptam, quæ dotem amiſerit.

DISC. XLII.
Romana annuæ præſtationis.

An valeat donatio facta per militem concubinę. Et quid de donatione facta Hiſtrionibus in genere, vel quando utraque qualitas concurrat.

DISC. XLIII.
Romana, ſeu Volaterrana ſpolii.

Donatarius Principis, an poſſit moleſtari à domino bonorum donatorum, ad materiam text. *in l. omnes, & l. benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.*

Et generaliter, quæ actio competat rei domino contra donatarium, qui à non domino rem donatam habuit, ubi ea non extet.

DISC. XLIV.
Mutinen.

Donatarius omnium bonorum, an teneatur ad confectionem inventarii: Et an ob ejus omiſſionem teneatur creditoribus donatoris inſolidum etiam ultra vires bonorum donatorum; Et de donatario hæreditatis.

DISC. XLV.
Romana cenſus.

De eadem materia donatarii univerſalis, quando dicatur talis necnè, ut ſtare dicatur loco hæredis, & teneatur ad debita etiam in actione perſonali, & executiva.

DISC. XLV.
Terracinen. pecuniaria.

De eadem materia donatarii univerſalis obligati ad ea debita donatoris, an teneatur ad ea debita, quæ donator contraxit poſt donationem.

DISC. XLVII.
Romana donationis.

Donatio facta patri, & filiis, an cenſeatur ordine ſimultaneo, vel ſucceſſivo; Et an patre retrodonante, jus competat filiis ipſo vivente, adverſus donatorem.

DISC. XLVIII.
Romana fideicommiſſi de Cæſiis.

An ſecunda donatio facta ad favorem ejuſdem donatarii, cenſenda ſit duplicata, & diverſa à præcedenti, adeòut utraque debeatur; vel potiùs ſecundus actus, initus cenſeatur in executionem, ac implementum primi, adeòut unica ſit donatio.

DISC. XLIX.
Romana donationis de Perettis.

De eadem materia diſcurſus præcedentis, an ſcilicet ſecunda donatio facta eidem donatario, importet duplicationem, vel potius inſit primę, ac in ejus executionem facta ſit, itaut utraque unicam conſtituat; Et quid ubi ſecunda eſt minor, an debeatur illud plus, quod in prima continetur.

DISC. L.
Romana lucri ſeu donationis.

An valeat donatio facta per conjugem binubum alicui conjuncto, vel extraneo in præjudicium donationis propter nuptias, ſeu lucri dotalis debiti ſecundo conjugi ſuperſtiti: Et quid reſpeſtu portionum, quæ debentur filiis primi matrimonii, ut conjugi lucrum obtinenti reddantur æquales, ad terminos text. *in l. hac edictali*, *C. de ſecundis nuptiis.*

DISC. LI.
Sabinen. donationis.

De evictione in donatione præſtanda: Et an donatarius, qui ad annuam præſtationem erga donatorem ſe obligavit, ejus ſolutionem denegare valeat ob moleſtias, vel imminentem evictionem in bonis donatis.

DISC. LII.

Neapolitana hæreditatis.

De eadem materia evictionis præſtandæ in donatione; Et in ſpecie an donans bona cum aſſertione ejus fructus, vel redditus, ad aliquid teneatur, ſi iſte minuatur.

DISC. LIII.

Bonon. prætenſæ evictionis.

De eadem materia eſtinctionis præſtandæ in donatione remuneratoria, & in præmium ſervitii, ſeu aliorum meritorum; Et quid ubi donator declaravit velle ſolùm teneri de dato, & facto ſuo.

DISC. LIV.

Neapolitana, ſeu Baren. donationis.

An in donatione cum oneribus ad vitam donatoris, detur læſio ex parte donatarii, & quomodo vita hominis æſtimanda ſit.

DISC. LV.

Sancti Severini donationis.

An, & quando in donatione detur læſio; Et de invalida donatione facta per mulierem, ex eo quod remaneat indotata, ſi ipſa eſt ſoluta.

DISC. LVI.

Parmen. donationis de Tertiis.

Ad materiam text. *in l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo*, an ſcilicet, & quando donator remittere poſſit donatario onera illi adjuncta favore tertii abſentis, pro quo nemo legitimè ſtipulatus fuerit.

DISC. LVII.

Farfen. donationis, ſeu fideicommiſſi.

An in donatione facta cum ordine ſucceſſivo, vel fideicommiſſi ad favorem plurium, neceſſaria ſit acceptatio primi donatarii, qua non ſequuta, illa evaneſcat, etiam quoad alios ſucceſſivè vocatos, necnè, vel potius ſubſtituti venire poſſint jure proprio; Et quando donatio dicatur lucrativa, vel oneroſa ad eumdem effectum.

DISC. LVIII.

Neapolitana, ſeu Campanien. donationis.

An donator teneatur eximere donatarium à moleſtiis, quas patiatur ab ejus creditoribus in bonis donatis; Et quatenus ex facto donatoris aliqua bona donatarius amiſerit, an teneatur ad reintegrationem.

DISC. LIX.

Gallipolitana pecuniaria.

Facta per patrem donatione bonorum uni ex filiis, ſub lege, ut poſt mortem patris teneretur ea conferre, & communicare cum aliis filiis, adeòut omnium filiorum æqualis eſſet conditio; an pro ea rata, quæ caderet ſub aliorum filiorum portionibus, bona continuare dicantur in dominio patris, adeò ut affecta ſint ejus creditoribus; Et de ſimulatione donationis in fraudem creditorum: Et de proceſſu exequutivo contra donatarium tertium poſſeſſorem.

DISC. LX.

Diſcurſus generalis inſtructivus, ſeu informativus in materia inſinuationis donationis.

EX SUPPLEMENTO.

DISC. LXI.

Romana, ſeu Albanen. vineæ.

An in donatione facta cum onere donatarii erga donatorem ad vitam, detur læſio, quæ contractus reſciſſioni locum præbeat.

An donatarius gravari poſſit, ac teneri ad onera ultra rei donatæ valorem, ſeu emolumentum, vel potius, donationi cedendo, onus evitare poſſit.

Et an in contractu donationis, vel alio de bonis in libero commercio non exiſtentibus abſque domini directi vel alterius aſſenſu, detur pœnitentia in uno ex contrahentibus, altero invito, re integra, & ante impetrationem aſſenſus, vel ante implementum, quod contractum perficiat.

DISC. LXII.

Januen. donationis.

An & quando valeat donatio facta per patrem qui filios legitimos habeat, filio illegitimo; Et quid in hoc operetur juramentum: Et qua occaſione diſtinguuntur diverſæ illegitimorum ſpecies.

DISC. LXIII.

Forolivien. donationis.

De quæſtione poſſeſſorii inter donatarium, & hæredem Donatoris, quis obtinere debeat pendente lite ſuper donationis validitate; Et de materia ſimulationis donationis, vel ejus reſolutionis ob non implementum.

DISC. LXIV.

Tuſculana promiſſionis.

De eadem materia de qua ſupra *diſc.* 8. an ſcilicet donatio, vel alia promiſſio facta per Patrem filio contemplatione certi matrimonii, de ejus hæreditate in toto vel in parte poſt ipſius mortem, caducetur, vel reſolvatur per prædeceſſum ipſius donatarii, vel potiùs tranſmittatur ad ipſius prædefuncti hæredes: Et incidenter de lucro ſtatutario.

DISC. LXV.

Romana, ſive &c.

An ſecundo Donatario, ideſt illi, qui primo Donatario eſt ſubſtitutus, competat actio ad bona donata contra tertium, in quem primus Donatarius diſtraxerit, ad materiã text. *in l. quoties C. de don. quæ ſub modo*

DISC. LXVI.

Romana pecuniaria, ſeu donationis.

De inſinuatione aliiſque ſolemnitatibus in donatione requiſitis, & an, & quando ſervari debeant in donatione annuę præſtationis vitalitiæ; Et quid in donatione facta per Magnatem proprio familiari cum aſſertione meritorum.

DISC. LXVII.

Fulginaten. donationis.

De eadem materia, de qua ſupra *diſc.* 26. ſuper ſolemnitatibus à Statuto Fulginaten. requiſitis in donationibus, quales eſſe debeant, & quando requirantur

DISC. LXVIII.

Eugubina donationis.

An donatio facta per iturum ad bellum, cenſenda ſit cauſa mortis, vel inter vivos; Et an retrodonatio exigat eaſdem ſolemnitates requiſitas in donatione; & an iſtæ ſolemnitates requirantur in donatione facta per matrem filio.

DISC. LXIX.

Romana donationis locorum montium.

De eadem materia, de qua *diſc. præced.* an ſcilicet in donatione facta per matrem filiæ requirantur ſolemnitates ſtatutariæ, necnè.

DISC. LXX.

Cremonen. donationis.

De donatione facta per mulierem viduam cum præſuppoſito deliberationis permanendi in viduitate, an corruat, vel reſolvatur, ea mutante propoſitum, atque tranſeunte ad ſecunda vota; Et de aliquibus ad materiam donationis remuneratoriæ, ſive cauſativæ, & oneroſæ; ac etiam de nullitate ob non benè ſervatas ſolemnitates ſtatuti.

DISC. LXXI.

Romana donationis locorum montium.

De eadem materia de qua ſupra *diſc.* 20. *& ſeqq.* ſuper reſolutione donationis ob ſupervenientiam filiorum, ad terminos textus *in l. ſi nunquam C. de rev. donat.*

DISC. LXXII.

Urbevetana donationis.

An bona donata mulieri pro augmento ejus dotis veniant ſub generali renunciatione per eamdem donatariam facta ad favorem fratris dotantis.

DISC. LXXIII.

Praten. donationis.

De pacto reſolutivo donationi adjecto ad favorem donatoris in caſu alicujus inobſervantiæ, vel contraventionis; an percutiat ſubſtantiam donationis, vel potiùs modum, & accidentia, ubi præſertim donatio ſit ad pias cauſas; Et an reſolutio non declarata per donatorem in vita, declarari poſſit poſt mortem per ejus hæredem.

DISC. LXXIV.

Placentina bonorum.

An valeant donatio facta Principi, ut privatorum jura excludat; Et quando donatio facta abſenti, ſit revocabilis.

De ſuſpicionibus falſitatis inſtrumenti; Et incidenter de competentia fori, & de propoſitione, quod Fiſcus non litigat manibus vacuis.

IN-

INDEX CAUSARUM

Hujus tituli de Donationibus, ordine alphabetico per Diœceſes diſpoſitus.

B

Bononien. de Boviis, diſc. 18.
Donationis, diſc. 37.
Prætenſæ evictionis, diſc. 53.

C

Catanien. donationis, diſc. 23.
Civitatis Caſtelli dotis, diſc. 29.
Cremonen. Donationis, diſc. 70.

E

Eugubina, diſc. 35.
Donationis, diſc. 68.

F

Farfen. donationis, ſeu fideicommiſſi, diſc. 57.
Foroſempronien. donationis, diſcurſ. 4.
Fideicommiſſi, diſc. 40.
Forolivien. donationis, diſc. 63.
Fulginaten. Cenſus, diſc. 26.
Donationis, diſc 67.

G

Gallipolitana pecuniaria, diſc. 59.

I

Januen. donationis, diſc. 25.
Donationis, diſc. 62.

M

Melevitana donationis, diſc. 22.
Mutinen. diſc. 44.

N

Neapolitana donationis, diſc. 15.
Eadem, diſc. 33.
Hæreditatis, diſc. 52.
Seu Baren. donationis, diſc. 54.
Seu Campanien. donationis, diſcurſ. 58.

P

Parmen. Donationis, diſc. 8.
Donationis de Tertiis, diſc. 56.
Piſtorien. donationis, diſc. 17.
Placentina bonorum, diſc. 74.
Praten. donationis, diſc. 73.

R

Recanaten. diſc. 10.
Romana, ſeu Maceraten. alimentorum, diſc. 5.
Annuæ præſtationis, diſc. 42.
Augmenti dotis, diſc. 31.
Bonorum, diſc. 20.
Cenſus, diſc. 13.
Cenſus, diſc. 45.
Donationis, diſc. 12.
Donationis cum onere miſſarum, diſc. 24.
Donationis, diſc. 28.
Donationis locorum Montium, diſc. 69.
Donationis locorum Montium, diſc. 71.
Donationis, diſc. 47.
Donationis de Andoſillis, diſc. 9.
Donationis de Cerattis, diſc. 30.
Donationis de Jordanis, diſc. 1.
Donationis de Perettis, diſc. 49.
Donationis de Vidman, diſc. 38.
Donationis de Volpinis, diſc. 7.
Fideicommiſſi de Cæſiis, diſc. 48.
Legitimæ, diſc. 34.
Librariæ, diſc. 16.
Locorum montium, diſc. 19.
Lucri, ſeu donationis, diſc. 50.
Pecuniaria, ſeu donationis, diſcurſ. 60.
Prætenſæ donationis, diſc. 27.
Redotationis, & augmenti, diſcurſ. 41.
Salviani, diſc. 6.
Scutorum 30. mill. diſc. 36.
Seu Albanen. Vineæ, diſc. 61.
Sive &c. diſc. 65.
Seu Volaterrana ſpolii, diſc. 43.
Vitalitia præſtationis, diſc. 32.

S

Sabinen. donationis, diſc. 51.
Sancti Severini donationis, diſc. 55.
Spoletana diviſionis, diſc. 3.
Donationis, diſc. 39.
Sypontina donationis, diſc. 14.

T

Terracinen. pecuniaria, diſc. 46.
Tolentina donationis, diſc. 21.
Tuſculana pro miſſionis, diſc. 64.

V

Urbevetana donationis, diſc. 11.
Donationis, diſc. 72.
Urbinaten. pecuniaria, diſc. 2.

INDEX ARGUMENTORUM, IN DISCURSIBUS,

Qui habentur in hac Parte II. Septimi Libri, de Emptione, & Venditione.

DISC. I.

Romana conceſſionis ad vitam.

Conceſſio ad vitam, an importet venditionem, vel potius locationem, ſeu uſumfructum, vel contractum innominatum.

Et re ita conceſſa patiente ruinam, ad quem ſpectet onus refectionis; Et an conceſſionarius poſſit ex iſta cauſa prætendere reſtitutionem pretii, vel remiſſionem conventæ præſtationis.

DISC. II.

Bonon. Emptionis.

An poſt exequutionem & ſubhaſtationem, antequam ſequatur deliberatio, poſſit debitor rem ſubhaſtatam vendere, & dominium in emptorem transferre in præjudicium licitatoris, quoties nullum adeſt præjudicium creditoris.

DISC. III.

Romana, ſeu Albanen. deliberationis.

An ille qui venalia expoſuit ejus bona ſubhaſta, poſſit pœnitere, ac nolle tradere bona ultimo licitatori.

DISC. IV.
Romana mercedis.

Emptio, & venditio quando dicatur perfecta, ad effectus exindè reſultantes, illum præſertim, ut emptor faciat fructus ſuos; Et in ſpecie de venditione ſub incerto pretio.

DISC. V.
Romana Concurſus.

An & quando in venditiòne mercium habita fide de pretio, tranſeat dominium in emptorem, ità & taliter, quod venditor concurrat cum aliis creditoribus; Vel è contra non translato dominio, iſtius jure vendicet, & creditores vincat.

DISC. VI.
Romana Trinarum.

Cujus ſit periculum mercium, vel bonorum, quæ ab uno loco ad alium tranſmittuntur, an emptoris, vel venditoris.

DISC. VII.

Vendita vinea, ſeu alio prædio ad menſuram, infrà quantum tempus ita peti poſſit, vel potius præſcriptum dicatur jus eam petendi.

DISC. VIII.
Romana Equi.

De redhibitoria in emptione, & venditione animalium, tàm in terminis juris communis, quàm de conſuetudine urbis.

DISC. IX.
Peruſina cenſus.

De actione quanti minoris, an intret ex eo, quod venditor cenſus illum aſſeruerit majoribus fructus, quam ſit, vel potius data ipſius veritate de jure, & de facto, dicta aſſertio attendi non debeat.

DISC. X.
Romana Vineæ.

De actione quanti minoris, quæ emptori competat adverſus venditorem ob ſervitutem, quæ in in re vendita detegatur.

DISC. XI.
Imolen. Prædii.

An emptor ob imminentem rei evictionem, vel ob ejus detecta onera, denegari poſſit pretii ſolutionem atque recedere à contractu; Vel potius venditor admittatur ad cautionem præſtandam de indemnitate.

DISC. XII.
Romana reſciſſionis contractus.

An valeat pactum in contractu emptionis, & venditionis mercium, ut venditor in Civitatem, ſeu locum conventum introducere non poſſit illam ſpeciem mercium; Et an in caſu contraventionis intret, necnè reſciſſio contractus, vel potius intret ſolum actio ad damna & intereſſe; Et incidenter de Dardanaria, ſeu Monopolio.

DISC. XIII.
Romana Gemmarum.

De emente rem furtivam, an & quando repetat pretium, ubi præſertim illud ſolutum eſt ei cui idem dominus bona furata vindicare volens, ſolvere deberet.

DISC. XIV.
Romana pretii grani.

De pretio quanti plurimi frumenti debiti, Et an venditor poſſit poſt contractum vendere frumentum vel alias merces propria auctoritate.

DISC. XV.
Romana grani.

De obligatione venditoris frumenti iſtud ſtatuto tempore non tradentis, ad reficiendum emptori illud majus pretium, pro quo ab aliis emere coactus eſt: Et quando impedimentum dicatur juſtum, & excuſans, necnè; Et cui incumbat onus probandi impedimenti juſtitiam, vel reſpectivè injuſtitiam.

DISC. XVI.
Bononien. evictionis.

An emptor agat ad evictionem, ſi paſſus eſt rem pro minus juſto pretio ſubhaſtari; Vel potius ſibi imputandum ſit, cur offerendo debitum, ſubhaſtationem non impedierit; Et quando dicatur adeſſe læſio conſiderabilis.

Hæres fidejuſſoris, an & quando teneatur de evictione.

DISC. XVII.
Civitatis Caſtelli.

An ſequuta evictione rei venditæ in parte, ad illam agi valeat in totum reſcindendo contractum, vel potiùs actio competat ad partem evictam.

DISC. XVIII.
Romana Aromatariæ.

De eadem materia evictionis ſequutæ in parte, an præſtanda ſit in totum; Et quid ubi vendita aliqua univerſitas.

DISC. XIX.
Romana Tranſactionis, ſeù Salviani.

An emptor prævenire poſſit imminentem evictionem tranſigente cum evincente. Et an pro eo quod ex dicta cauſa ſolvit, agere poſſit, non ſolùm contra venditorem, ſed etiam creditores, quibus pretium ſolutum fuit cum obligatione de reſtituendo: Et quomodo adverſus dictos creditores agere poſſit.

DISC. XX.
Albanen. permutationis.

An ille regreſſus, qui, evicta re permutata, competit permutanti ad rem ſuam ceſſante hypotheca, ſit exercibilis contra tertium bonæ fidei emptorem, ſeù aliàs particulari titulo translativo dominii ex cauſa oneroſa rem acquirentem.

DISC. XXI.
Romana tenutæ.

Emptore ſolvente partem pretii creditoribus anterioribus, partem verò ipſi venditori, vel creditoribus poſterioribus; An creditores intermedii petere poſsint immiſsionem pro indiviſo pro rata debitori, vel poſterioribus ſoluta, admittendo tantùm in emptore retentionem pro rata ſoluta anterioribus; Vel potiùs ei liceat retinere totam rem, aut aliàs conſultum eidem eſſe poſsit pro aſſequutione ejus, quod anterioribus ſolutum eſt; Et generaliter, & quando emptor agendo, vel excipiendo utatur juribus creditorum, qui cum ejus pecunia in cauſam pretii dimiſſi ſunt.

DISC. XXII.
Anconitana contractus.

An emptor ſe tueri poſſit juribus ejus, qui in contractu venditionis intervenit, atque conſenſum præbuit, præſertim cum juribus dotalibus uxoris venditoris, ſi ea intervenerit.

DISC. XXIII.
Sutrina cenſus.

Obligatio emptoris ad favorem creditorum venditoris ob cenſus, ſeù debita in ſe accollata in partem pretii, an duret; Vel potius reſolvatur ſequuta rei emptæ evictione.

DISC. XXIV.
Piſauren. reſciſſionis contractus.

De probatione læſionis, ob quam venditor prætendat contractum reſcindere, an & quando dicatur ſufficienter, & benè facta.

DISC. XXV.
Romana prætenſæ læſionis.

De eadem materia probationis læſionis, Et an remedium *l. 2. C. de de reſcind. vend.* competat, & ſit exercibile contra tertium, in quem emptor rem diſtraxit.

DISC. XXVI.
Romana moleſtiarum.

Venditor hæreditati, an teneatur de evictione, vel ad moleſtias ob aliqua bona evicta, ſeu ad quæ agant creditores hæreditarii; Et quando dicatur eſſe venditio, vel ceſſio hæreditatis.

DISC. XXVII.
Romana tranſactionis.

De materia enormiſſimæ læſionis, quæ redoleat dolum, quando adeſſe dicatur in tranſactione, & de effectibus exindè reſultantibus.

DISC. XXVIII.
Romana domorum.

De Statuto Urbis circa læſionem ſufficientem in tertia parte, an liget clericos, & eccleſiaſticos; Et quid ubi ipſi eccleſiaſtici illud pro ſe allegant; Et de læſione in venditionibus ad vitam, ſeù aliis contractibus, ac juribus vitalitiis.

Et an venditio ſubhaſta facta prævio judicio cum principali debitore, non citatis creditoribus admiſſis ad cauſam, dicatur nulla, etiam reſpectu ipſiuſmet principalis, vel aliorum, qui non erant admiſſi ad cauſam.

DISC. XXIX.
Romana cenſus.

Facta emptione pro perſona nominanda, & ſequuta nominatione; An creditores in dicta emptione accollati, jus habeant contrà primum emptorem, ejuſque bona vigore ſuæ obligationis; Vel potiùs facta nominatione, omne jus activum, & paſſivum tranſeat in nominatum, & reſolvatur quoad nominantem.

DISC. XXX.
Romana manutentionis.

De eadem materia emptionis factæ pro perſona nominanda, an fieri poſſit nominatio poſt annum.

DISC. XXXI.
Bonon. prædii.

An, & quando adverſus ementem bona vendita jure creditoris, venditoris creditoribus competat jus offerendi; Et quid ubi ipſemet creditor, ad cujus inſtantiam venditio facta eſt, emptor quoque exiſtat ſub alterius ſimulato nomine.

DISC. XXXII.
Romana redemptionis.

Quale pretium attendi debeat in retrovenditione, ſeù redemptione, an illud contractus, vel illud temporis, quo fit redemptio; Et de pacto redimendi neceſſario in venditore, an valeat; Et ubi reſtrictum eſt ad certum tempus, quomodo intelligendum ſit; Et incidenter de aliis ad materiam juris redimendi.

DISC. XXXIII.
Romana pecuniaria.

De pacto commiſſorio inter emptorem, & venditorem, an valeat. Et à quo exerceri poſsit altero invito, Et quando illud ad exercitium deductum dicatur.

DISC. XXXIV.
Romana aquæ.

An, & quid in contractum emptionis, & venditionis deductum cenſeatur; Et in ſpecie, an emens domum cum hortis, & aquis, ſi domum denuò vendat, aliquam verò partem retineat, quænam pars aquarum ad novum emptorem, vel reſpectivè ad ſecundum venditorem pertineat; Et quid ſi ſecundus venditor in ejus arbitrio id reponat.

DISC. XXXV.
Romana domum.

Poſsidens directum dominium rei ſtabilis cum jure percipiendi ab emphyteuta, vel conductore annuum cenſum, ſeu reſponſionem; Si ſimpliciter vendat cenſum, ſeu reſponſionem, an vendidiſſe cenſeatur etiam ipſum directum dominium pro caſu devolutionis, ac ad alios effectus.

DISC. XXXVI.
Urbevetana onerum.

An, & quæ onera pertineant ad emptorem, quamvis res libera vendita eſſet, adeòut pro eis non competat actio evictionis, ſeù quanti minoris, vel è contrà.

DISC. XXXVII.
Firmana evictionis.

An venditori liceat rem evictam ab evincente recuperare, illamque emptori reſtituere; Atque ità evictionis actionem, vel regreſſum emptoris ad primeva jura evitare.

DISC. XXVIII.
Ravennaten. fructuum.

An, & quando ſecundus emptor evictionis actionem habeat contra primum venditorem; Ac etiam, an in evictione veniant fructus, vel intereſſe ad favorem ejus, qui non eſt venditor, ſed eſt aſsignatarius, ſeu ceſsionarius pretii.

DISC. XXXIX.
Romana.

An, & quando emptor, qui in ſe accollavit pro pretio debita fructifera venditoris, teneatur ad fructus debitorum ultra id, quod ipſius rei fructus importent.

DISC. XL.
Taurinen. pecuniaria.

An emptor hæreditatis, vel ſpolii, qui accollavit in ſe omnia debita, quorum aliqua deduxit ad ſpeciem, teneatur reficere venditori id, quod importent debita ad ſpeciem deducta, quæ detegatur eſſe indebita; Vel potius id ipſius emptoris commodo cedat.

DISC. XLI.
Romana pecuniaria.

De emente ab hærede beneficiato, an, & quando reddatur tutus à moleſtiis creditorum hæreditariorum, ad terminos textus *in l. fin. Cod. de jur. deliberan.*

DISC. XLII.
Januen. frumenti.

An, & quando emens merces, vel alia bona à ſe gerente pro domino, vel adminiſtratores, ſit tutus domino, merces, vel bona vindicare volente, ſeu ab aliis jus in eis habentibus.

DISC. XLIII.
Civitatis Caſtelli prædii.

De Statuto Civitatis Caſtelli reddente tutum emptorem, qui per aliquod tempus poſſedit; Et de altero inducente præſumptionem ſimulationis, ſi venditor continuavit in poſſeſsione; Eorumdemque Statutorum intelligentia.

DISC. XLIV.
Urbinaten. venæ ſulphuris.

An vendito fundo, veniant ſub venditione fodinæ mineralium, vel theſauri, & alia exiſtentia ſub ſolo; Et an ob fodinam, vel theſaurum inventum, intret læſio.

DISC. XLV.
Spoletana picturæ.

An conventio de faciendo picturam, vel ſtatuam pro certo pretio, vel incerto à peritis certificando, importet contractum emptionis, & venditionis, vel potius locationis, & conductionis: Et quatenus, unum vel alterum importet, quomodo intelligendum ſit pactum recipiendi picturam, vel ſtatuam, quatenus placeat.

DISC. XLVI.

De pluribus remiſsionibus ad hanc materiam emptionis, & venditionis, ſub aliis titulis, vel materiis tractatam, præſertim circa pactum de retrovendendo: Et circa fructus recompenſativos pretii non ſoluti.

EX SUPPLEMENTO.

DISC. XLVII.
Romana Pecuniaria.

An illud augmentum pretii, quod conveniatur ſub certa conditione redolente majorem emptoris ſecuritatem, habeat naturam veri pretii ad effectum fructuum recompenſativorum juxta æquitatem *l. curabit C. de action. empti.*

Et quando talis conditio ſufficienter purificata dicatur, ut oriatur actio pro hujus augmenti aſſequutione.

DISC. XLVIII.
Piſauren.

An promiſſio de vendendo, ad certum tempus, vel incertum eventum, ſit obligatoria, ſive quem effectum operetur; Et quatenus ſit talis, quale pretium attendi debeat, an ſcilicet illud de tempore venditionis, & promiſſionis, vel alterum in quo venditio ob factum caſum ſequatur.

DISC. XLIX.
Romana ſocietatis officii.

An valeat obligatio de emendo non correſpectiva, quia nempè non adſit obligatio de vendendo, & quatenus valeat, quomodo intelligi debeat, & quale pretium attendendum ſit, & an talis obligatio importet potius fidejuſſionem, vel aſſecurationem.

DISC. L.
Romana ſeu Albanen. Vinearum.

De actione competente emptori adversùs venditorem pro remotione moleſtiarum paſſarum, an competat ubi non accedat illa denunciatio, quæ de jure requiritur pro actione evictionis.

Et aliqua ad ejuſdem evictionis materiam, an ſcilicet & quando ad eam teneatur ille, qui emendo rem pro perſona nominanda, alterum nominavit, cum aliqua alteratione pretii, & pactorum.

DISC. LI.
Parmen. Permutationis.

An, & quando emptori, vel reſpectivè Venditori, ſive permutanti petenti ab altero contrahente pretium, vel rem, obſtet exceptio non traditionis, vel non implementi, ſi defectus perveniat à caſu, vel à facto tertii.

DISC. LII.
Romana Lignorum.

De materia periculi rei venditæ reſultantis ab incendio, vel alio ſimili caſu, an illud eſſe debeat Emptoris, vel Venditoris.

DISC. LIII.
Florentina pretii.

De venditione facta pro pretio ſolvendo, quando emptori uxorem duxerit vulgò *à tempo à moglie*, an emptore moriente, uxore non ducta, venditor habeat actionem ad pretium conſequendum ab ejus hæredibus, necne.

DISC. LIV.
Romana læſionis.

An in venditione judiciali ſubhaſta detur enormis, vel enormiſſima læſio; Et quatenus detur, an ſufficiat in ſexta, vel debeat eſſe ultrà dimidium, & de illius probatione.

INDEX CAUSARUM,

Hoc titulo de Emptione, & Venditione, ordine alphabetico per Diœceſes diſpoſitos.

A

Albanen. permutationis, diſc. 20.
Anconitana, diſc. 22.

B

Bononien. emptionis, diſc. 2.
Evictionis, diſc. 16.
Prædii, diſc. 31.

C

Civitatis Caſtelli, diſc. 17.
Prædii, diſc. 43.

F

Firmana, diſc. 37.
Florentina Pretii, diſc. 53.

I

Januen. frumenti, diſc. 42.
Imolen. prædii, diſc. 11.

P

Parmen. Permutationis, diſc. 51.
Peruſina Cenſus, diſc. 9.
Piſauren. reſciſſionis contractus, diſc. 24.
Piſauren. diſc. 48.

R

Ravenatten. fructuum, diſc. 38.
Romana, diſc. 39.
Aquæ, diſc. 34.
Aromatariæ, diſc. 18.
Cenſus, ſeù pecuniaria, diſ. 29.
Conceſſionis ad vitam, diſc. 1.
Concurſus, diſc. 5.
Domorum, diſc. 28.
Domus, diſc. 35.
Equi, diſc. 8.
Gemmarum, diſc. 13.
Grani, diſc. 15.
Læſionis, diſc. 54.
Lignorum, diſc. 52.
Manutentionis, diſc. 30.
Menſurationis, diſc. 7.
Mercedis, diſc. 4.
Moleſtiarum, diſc. 26.
Pecuniaria, ſeù aſſociationis, diſc. 33.
Pecuniaria, diſc. 41.
Pecuniaria, diſc. 47.
Pretii grani, diſc. 14.
Prætenſæ læſionis, diſc. 25.
Reſciſſionis contractus, diſ. 12.
Redemptionis, diſc. 32.
Seù Albanen. deliberationis diſc. 3.
Seù Albanen. vinearum, diſc. 50.
Societatis Officii, diſc. 49.
Tenutæ, diſc. 21.
Tranſactionis, diſc. 27.
Tranſactionis, ſeù Salviani, diſc. 19.
Trinarum, diſc. 6.
Vineæ, diſc. 10.

S

Spoletana picturæ, diſc. 45.
Sutrina Cenſus, diſc. 23.

T

Taurinen. pecuniaria, diſc. 40.

V

Urbevetana onerum, diſc. 36.
Urbinaten. venæ ſulphuris, diſc. 44.

INDEX ARGUMENTORUM IN DISCURSIBUS,

Qui habentur in hac Parte III. Septimi Libri, de Alienationibus, & Contractibus prohibitis.

DISC. I.

Diſcurſus generalis, ad materiam alienationis bonorum Eccleſiæ.

DISC. II.
Lunen. Sarzanen.

De Conſtitutione Urbani VIII. tollente beneplacitum præſumptum ob lapſum temporis longiſſimi, præſervante autem centenariam, quomodo intelligi debeat, an ſcilicèt dictum tempus centenarium computetur à die alienationis uſque ad diem ipſius editæ Conſtitutionis, vel potiùs uſque ad diem litis, ac impugnationis actus; Et de aliis circa dictæ Conſtitutionis intelligentiam, & quando procedat, necne.

DISC. III.
Colonien. bonorum.

De eadem materia præſumptæ juſtificationis ſolemnitatum, ac legitimæ alienationis bonorum Eccleſiæ, reſultantis ab antiquiſſima, præſertim centenaria poſſeſſione; Et quando dictæ præſumptioni obſtet, necne, infectio tituli, ex cujus inſpectione apparet de defectu ſolemnitatis, vel cauſæ; Et præſertim de alienatione antequam ederetur *Extravag. Ambitioſæ*.

DISC. IV.
Neritonen. bonorum.

An, & quando alienatio bonorum Eccleſiæ invalida dicatur, quamvis expreſſum beneplacitum Apoſtolicum accedat, ob illius formam non ſervatam; Et poſita nullitate, an per poſſeſſorem fructus reſtitui debeant; Et è converſo, an, & quæ melioramenta per Eccleſiam ejus bona vindicantem, poſſeſſori debeant refici.

DISC. V.
Lucana bonorum.

De conceſſione rei ſolitæ concedi, an, & quando ſubſtineatur; Et an poſita valida alienatione, ſeù conceſſione, poſſit Eccleſiæ Prælatus, vel Rector, illam retractare concorditer cum conceſsionario, iſtumque liberare in Eccleſiæ præjudicium.

DISC. VI.
Romana canonum.

De indirecta, ſeù impropria alienatione per diminutionem, ſeù sbaſſamentum canonis, vel cenſus reſervativi: Et an, & quando annullata alienatione, debeantur fructus medii temporis, de quibus Eccleſia reintegrari debeat.

DISC. VII.
Romana cenſus.

De impoſitione cenſuum cadente ſub prohibita alienatione; Et quando Confraternitates laicorum dicantur ad hunc effectum Eccleſiaſticæ, ut earum bona ſub hac prohibitione cadant.

Et an validè imponi poſsit cenſus ad effectum conſtruendi de novo dumum ſuper ipſamet domo conſtruenda.

DISC. VIII.
Romana cenſus.

De eadem materia cenſus impoſiti per Confraternitatem, ſeu Collegium, vel aliam Univerſitatem piam, vel Eccleſiaſticam, & quando de una, vel altera ſpecie dicatur; Et quatenus impoſitio ſit invalida cum ipſo loco pio, vel Eccleſiaſtico, an ſubſtineatur cum perſonis particularibus æquè principaliter obligatis.

DISC. IX.
Maceraten. cenſus.

De privilegiis, & facultatibus aliquarum Religionum alienandi, non obſtante prohibitione canonum, & *Extravag. Ambitioſæ*, ſine beneplacito Apoſtolico; Et quando etiam beneplacito dici valeat benè facta impoſitio cenſus ſuper bonis quæſitis de novo, & in eorum cauſam.

DISC. X.
Lauden. cenſus.

An valeat impoſitio cenſus pro extinctione alterius cenſus antiqui in diverſa moneta ab ea, in qua antiquus debebatur, & de qua licentia Apoſtolica loquitur, adeòut beneplacitum dicatur malè exequutum; Et an abſque Beneplacito imponi poſsit novus cenſus pro extinctione antiqui validè impoſiti cum beneplacito; Vel è converſo, an valeat ſecunda impoſitio, quamvis cum beneplacito, facta pro extinctione alterius cenſus quem detegatur eſſe invalidum.

DISC. XI.
Romana cenſus.

An debitum contractum per Eccleſiæ Rectorem, ſeù Prælatum cum licentia Apoſtolica præſcribente aſsignationem creditori faciendam fructuum aliquorum bonorum, ex quibus debeat ſatisfieri, importet implicitam impoſitionem cenſus, quæ afficiat ipſam Eccleſiam ejuſque bona; Et quid ubi certus terminus Eccleſiæ Rectori, vel Adminiſtratori in licentia præſcriptus eſt ad cenſum, vel aliud debitum extinguendum, an creditor teneatur de hoc eſſe ſollicitus, adeòut non implementum ſibi præjudicet; Et incidenter, an Prælatus, vel Rector acquirat jura contra Eccleſiam.

DISC. XII.
Romana locorum montium.

De alienatione locorum montium, an veniat ſub prohibitione *Extravag. Ambitioſæ*: Et quando data invalida alienatione, veniant fructus medio tempore percepti, inter alienationem, & petitam revocationem: & quid de alienatione uſufructus ſeù fructuum aſsignatorum Religioſo ad vitam.

DISC. XIII.
Panormitana feudi.

De conceſsione feudali facta per Eccleſiam, ubi conſtet de mala exequutione beneplaciti Apoſtolici, ac de læſione. Et quando per lapſum longiſsimi temporis, uterque defectus tollatur; Et quando exequutio dicatur malè facta, & de modo regulandi læſionem.

DISC. XIV.
Portuen. tenutarum.

De læſione, ſeù ceſſante utilitate Eccleſiæ in conceſsione emphyteutica, quomodo regulanda ſit, & quale tempus attendendum; Et an ſucceſsivum augmentum, quod tractu temporis notabiliter contingat producat læſionem.

DISC. XV.
Romana devolutionis domus.

De beneplacito præſumpto ob longiſsimi temporis obſervantiam; an, & quando intret, ubi obſervantia ſit æquivoca, & ad aliam conceſsionem referri poteſt; Et aliqua de ceſſante cauſa utilitatis.